

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Initia doctrinae physicae

Melanchthon, Philipp

Francoforti, 1550

VD16 M 3471

Dic loci diusiones

urn:nbn:de:bsz:31-106565

LIBER II.

locatum. Hæc in quantum locus est, non mouetur, nec locato causa est motus.

Dic Loci diuisiones:

Prima. Locorum alius est proprius, Alius communis. Communis est, qui continet mediatè corpus aliquod in quo continentur & alia, ut Domicilium continet inuis aërem, & in aëre corpora animalium.

Proprius, est superficies immediatè continens corpus. Et ad hanc adpellationem loci, congruit **Regula:** Locus est æqualis locato, uidelicet, proprius locus. Nec tamen intelligatur hæc æqualitas de tribus dimensionibus, id est, de toto uase, sed tantum de æqualitate superficiæ, concauæ continentis, & conuexæ contenti. Hæ sunt æquales, & se mutuo contingunt.

Secunda diuisio.

Locus, alius est Naturalis, alius uolentus.

Naturalis est, ad quem corpus sua natura secundum breuissimam, hoc est, rectissimam lineam mouetur, si extra eum locum est, nec impeditur. Præterea in loco naturali quiescit corpus, & in eo conseruatur, ut Locus naturalis ignis, est superficies concaua spheræ Lunæ. Ad hanc enim naturaliter tendit.

Violentus locus e contra est, ad quem corpus non mouetur sua natura, nec quiescit, nec conseruatur in eo, Vt cum Lapis sursum proijcitur. Atque huiusmodi